

R E V E R E N D I

P A T R I S F R A T R I S P H I

lipp, Diez Lusitani, ordi Minorum, Prouin-

ciae Sancti Iosephi,

R. 1183.

QUADRUPPLICIUM CONCILIONUM SUPER EVAN-
gelia omnium Sanctorum, quibus etiam si-
nes accesserunt,

TOMI TERTII SECUNDA PARS.

ca. de la Librie

St. Anna

via de mi

ier monte

Turvilla



Cum Privilegio.

SALMANTICÆ,

Excudebat Ioannes Ferdinandus.

M. D. LXXIII.

Handwritten signature or name at the bottom of the page.

gustino vocem patris additam esse à sancto Apostolo. *1 Cor. 13. 28*
 reginæ vocis explicationē, sed ad maiorem affectum, ut in
 more Hebræorum, quoniam hæc geminati verborum habet ma-
 ximam emphasim secundum Hebræos. Pater ita clamantē, Abba
 pater, significat: Spiritu sanctum desiderium intensissimum mit-
 tere iustis videndi Deū, quo omnes clamare dicereq; facit: O
 Pater Pater, quando te aspiciam? Idcirco tantum quisq; potest
 conijcere de iustis, quod habeant spiritum Christi, quanto maio-
 ri desiderio eum desiderant. Ob hoc iustorum vita proprius mili-
 tia dicitur, quam peccatorum. Diesq; mortis est dies victori-
 huius tam assidui certaminis. Et sicut perfecta charitas, bona pro-
 ximorum, ut propria cenet, cum proximum nostrum morientem
 viderimus Christiano ordine, bonis operibus ornatum; quod
 D. Paulus ait agamus: Deo autem gratias, qui dedit nobis victo-
 riā. Etenim nostra est & nobis ab eo data, siquidē eam fratri no-
 stro tribuit. Peculiariter etiā eum laudare debemus, cū aliquos
 iuuenilis ætatis è vita discedere videmus virtutibus ornati-
 mos, meritisq; Ibi enim, quod dicitur, quod dicitur, ad diuina
 profunda iudicia commendanda referret. Experientia cōperimus
 aliquos fructus statim verisinitio maturefcere, aptosq; esse ad
 colligendū, & comedendū, ut cerasa, cerba, & dulcia. Alij fru-
 ctus sunt, ut quædā pyrorum species, quæ cōmuni totius vici-
 lealesiant, calores eos adurant, aqua inundent, semper tamē, ut
 saxa dura manent, vix madi possint. Eodē modo nonnullę ani-
 mæ sunt, quæ vel minimo calore, aut impulsu diuino, primo vere
 ætatis suæ statim maturefcunt, & præcoces sunt, ut Deus eas colligat
 exhorto mundi huius in mētam & patinā suā. Quædā adeo
 duræ, & immaturæ sunt, ut postquā plurimi calores, ventorum fla-
 tus, aquarum deniq; inundationes, videlicet, plures conciones,
 plura monita, & reprehensiones, plures inspirationes, & labores
 eis supervenerint, vix maturæ sint. Sæper obstinata proteruæq;
 manent. Diuinam igitur maiestatem deprecemur, ut si duri su-
 mus, eius diuini spiritus charismatibus nos molliat, mites vero,
 & clementes magis, ac magis leniat suæ gratiæ suavitate, ut hoc
 modo omnes ad perfruendam beatitudinem hinc euolemus.
 Amen.

simile.

• LAUS DEO.